

- TEXTE : *Fabellae Lusoriae – Anser et Vulpes, Canis et Agricola* -

John Kevin Newman, Professeur de Latin à l'Université de l'Illinois

Anser et Vulpes, Canis et Agricola

- A Ego sum anser. Alas spectate.
V Ego sum vulpes. Caudam laudate.
A Ego sum avis, candida, splendida.
V Ego sum bestia, rubra et horrida.
A Est mihi vox, omnibus adstrepo.
V Sunt mihi dentes, omnesque devoro.
A Anser ego vocor, quia omnibus respondeo.
V Vulpes ego vocor, quia omnes esse volo.
A Die ego ova pario grandia.
V Die ego dormio, lateo cavea.
A Nocte ego dormio, tranquille et dulciter.
V Nocte ego venor, caute, subtiliter.
A Huc duo veniunt, quinam evenient?
V Exaudiamus quidnam asseverent.
C Ego sum canis, latroque hostibus.
Ag Ego sum agricola, pugno cum vulpibus.
C Latratum audite! Undique personat!
Ag Fustem sentite! Undique verberat!
V Heu fugiendum est, non possum manere!
A Abi, abi, vulpes! Te iubeo flere.

